



Zebrydowski Michael

Brandysz Jan. Verillum Zebrydoviani ap  
doris.

1490





# VEXILLVM ZEBRZYDOWIANI

S P L E N D O R I S.

E Templo Virtutis ad Templum Honoris transportatum.

C V M.

Perillustris ac Mag. Dunn.

D. M I C H A E L

DE ZEBRZYDOWICE

# Z E B R Z Y D O W S K I

LANCKORON. E. E. CAPITANEVS.

Vnâ Cum

Illustri ac Mag. Coniuge suâ,

M A R I A N N A

DE Z M I G R O D.

# STADNICKA

CASTELLANIDE SANOCENSIS

Tum primum ex Illustrissimorum Parentum adibus commigrante.

Arcem Lanckoronensem Capitaneatus sui sedem ingrederetur.

# OBLATVM

A IOANN E B RANDYS Z Nobili Polono.

In perpetuum obsequij & obseruantiae Monumentum.

L V B L I N I,

Typis, Viduæ Pauli Conradi, A. D. 1636.

£.

M.

Z.

III

D.

Z.

S.

L.

R.

S. R.



21.195

M.

Signa mireant belli, bello vexilla parantur  
Bella ZEBERDOWII cerno subesse notis,  
Quam bona Victori Victoria signa ministrat  
Quaz vexilla dedit, laurea ferta dabit.

1500 \* 1530

169

PERILLVSTRI AC MAGN. DOMINO,

D. MICHAELI  
DE ZEBRZIDOWICE  
**ZEBRZYDOWSKI**

LANCKORONIENSI &c &c, CAPITANEO.

IOANNES BRANDYSZ Felicitatem.

**A**ntiquissimum illud, sapientissimumq; Romanorum inuentum fu-  
isse non nescis, Perillustr. ac Mag. D. qui adem Honoris ita ex-  
adificari concinnariq; fecerant, ut nonnisi per Virtutē dedicata-  
tam, aditum illuc quispiam inueniret. Quid hi Parentes omnis e-  
ruditionis (ita enim ob insignem sapientiam & ingenij singulare lu-  
men, iuremerito appellari possunt) factō hoc indicare voluerint, pro-  
bè nosti: nimirūm illum tantūm verum, & non fucatum honorem con-  
sequi posse, & solere, qui sedulam prius virtutē operam impendisset.  
Ne mirere igitur Perillustr. ac Mag. Dne. vexillum hoc auitæ nobili-  
tatis & splendoris tui, è templo Virtutis ad templum Honoris, a me  
transportatum esse. Meruit hoc excelsa virtus, & tua, & maiorum  
tuorum, ut non illorum tantum, verūm tuus etiam splendor, qui buc  
usq; vel latitabat, vel Illustrissimi parentis tui obseptus radiis, com-  
parere non audebat, annos linquendo iuuentutis, damnum hoc (si da-  
mmum dici potest) mutaret in lucrum æternitatis. Cæpisti feliciter  
in patrio hoc cælo conspicuus apparere, dum publicam quasi laudatio-  
nem, in præmium virtutis tuae, dignitatem hanc, quam nunc fausto o-  
mine auspicaris Serenissimi V L A D I S L A I, IV. consensu, libe-  
rà Illustrissimi Parentis iuris sui cessione, es adeptus: ut dum spleñdor  
virtutis paternæ, in facie totius Reipublicæ staret immobilis, tua etiam  
dignitas, ceu supremâ de Patris amplissimi virtute, testificatio, per o-  
mnium ora populorum sermonesq; volitaret. Illud incommodi dum ti-  
bi hac gratulari apparo vitari non potuit, tenebrisco sum videlicet  
oratoris ingenium, & ingenio concolor Orationis obscuritas. Sed hac  
etiam quamvis pallens, & ex anima tuo tamen dicata nomini, mutuabit  
ur vitæ splendorem, & calorem à te, qui magnum uniuersæ Reipubli-  
cæ nomen, & lumen, auorum & uniuersi gentilicij stemmatis effigi-  
em, representas virtute factisq;. Ego virtutem tuam verbis adum-  
bro

bro, mea hæc rudis ex carbone pictura, Et primis inchoata lineamen-  
tis, tu spirans simulachrum efficax statua, vitam das orationi meæ  
fidemq; aurū laudibus adstruis; quis enim de heroicā Patrum virtu-  
te ambigat, quam Heroibus agnoscit in filijs. Expande igitur Vexil-  
lum hoc aucti stemmatis tui, ut illam æternæ mentis effigiem quam in  
Illustrissimis maioribus tuis, amauit orbis terrarum, manere in te, gra-  
tuletur sibi Polonia: dum ad hanc iuuandam gemina viuis anima, Et  
magni Parentis, Et tuā. Fabulosus ille Hercules, vicinas Mari desi-  
xit columnas, hisq; celebre illud NON VLTRA inscripsi-  
se fertur, præfixerat nimirum labori metas, iamq; diuturnitate felici-  
tatis, Et nominis magnitudine defessus aspirabat ad quietem. Tu Per-  
illustis ac Mag. Dne. PLVSVLTRA procedere po-  
tes, quippe non defessus, sed in ipso etatis flore, Et virtutis cursu, ad  
flumen hoc, gentilitiae inquam STADNICKÆ prosapia or-  
namentum, Stemmatis tui; dignitatem adiunxisti, tanto Hercule felic-  
ior, quanto vexillum columnis præstat, cuius aspectu vel ipsi etiam  
infensissimi hostes terrentur, Et timidissimi cunei animantur. Quare  
perge ut cœpisti, Patriæq; natus, auitum familia tua splendorem, quam  
diutissime conseruato. Habes virtutis tuae spectatores nos omnes,  
quotquot splendorem Et dignitatem hancce, impensismissimis studiis, vel  
ipso consanguinitatis adstricti vinculo tibi gratulamur. Quos  
dum benignus amplecteris, illud etiam atq; etiam rogo, patiaris: Ut e-  
go quoq; tot insignibus beneficiis, tam Illustrissimi Parentis tui, quam  
tuā munificentia collatis in familiam meam, aliquā ex parte gratus  
respondeam. Quod Et facio perlibenter hocq;, qualecunq; amoris Et  
obseruantiae in Te meæ cœcas inter claudendum nubes, alienisq; inuol-  
uendum tencbris, tuo tamè munere futurum spero immortale. Faue  
benevolus, Et ita Deo benè vertente, patriæ, Familia, Tibi nobis  
deniq; omnibus viue quam diutissime.

# ARGVMENTVM O P E R I S

**V**IRTUS Vexillum ZEBRZYDOWIANI, præferens stemmatis, splendorem illius deprædicat, auditq; ab Apolline, quantis hucusq; fulserit dignitatibus, & vnde traxerit originem. Taliter colloquentibus fit obuius Honor (is tum in Arcem Lanckoronensem introducendos Perillustres Neosponsos apparans properabat) Comitem se adiungit Virtus. Caulaq; viæ cognitâ, comitibus suis demandat, triumphum, iuuent, quam possunt maximè. Non denegat hæ suam operam laudumq; Zebrzydowiánarum, Religio, Fortitudo, & Sapientia, præcones cficiuntnr.

**L**Iquerat æternas virtus pulcherrima, sedes  
Iam studijs defessa suis; lætisq; per orbem  
Plausibus, ingenuas agitâbat læta choreas;  
Veloci properans passu, quâ latus inumbrat  
Laurigerū attollens Helicon sub celsa cacumen  
Sidera, perq; sinus occlusum Phocidos antrum,  
Sæpe fatigatas recreat post carmina Musas.

Vtq; solet lassus vario sermone viator  
Tædia longa viæ socijs concredere turbis  
Mox retro conuersa; subi fidissima dixit  
Turba, meoq; comes lateri, per tespua viarum,  
Vel cantu placido, vel castis longa choreis  
Tædia falle viæ; vexillo fulta nitenti  
Ipsa præibo comes, nam nec consistere suetum  
Aut fixum lauitare solo; sed tramite læto  
Vel qua noctiuagus tardissima Plaustra Bootes  
Dirigit, & verso currum temone supinat  
Cynthius, in gelido submergens fonte iugales:  
Ambrosia vel quâ saturos præsepibus altis  
Ducere suevit equos, volitat; cursuq; secundo  
Sydereis iucunda facit spectacula Turmis.

Arripuere gradum comites, lætisq; feruntur  
Gressibus: E cælo credas examina fundi  
Prædulcem raptura thymum; cum cerea Matres  
Castra mouent orniq; cauâ delapsus ab aluo

Mellitis populus frendens obmurmurat herbis.  
Iam bifidi haud longè cernebant rorida montis  
Culmina; cù interea Maternis collibus ibat  
Hibernam visurus humum, Xanthiq; fluenta  
Phæbus, & instaurans saltu præstante choreas  
Conspicuus Dryopes inter, pictosq; Agathyrso  
Puluereos, placidis signabat gressibus, agros.  
Hūc vbi conspexit virtus: lātissima dixit  
Phæbe pater vatū, cuius Parnassia magno  
Numine templa tonant, quis te mihi sydere lapsum  
Linquentemq; sacros catūs, casusne Deusne  
Attulit? o nostræ splendorq; decusq; cateruz  
In laudes succurre nouas, nostrisq; serenum  
Auribus abde melos; cernis vexilla tenentem,  
Meq; nouos, placido promentem, pectorē cantus?  
Innatæ te si qua mouet pietatis, imago,  
Huc vires intende tuas, nobisq; iuuamen  
Affer, vt exurgat renouatum Numine carmen  
Vtq; nouas valeam depromere pectorē laudes.  
Obstupuit tanto percussus nomine Phæbus  
Amplexuq; dato, Diuūm pulcherrima, dixit  
Quis Cantū celebrare iubet? quis carmina menti  
Suadet! & argutos impellere pollice neruos?  
Si ZEBRZYDOWIAE, celebras clarissima gentis  
Stemmata? ne tantos exopta diua calores  
Ipse meas intendo manūs, propriasq; sereno  
Pectorē pertento chordas. Sic fatus, amictum  
Deiicit: (vtq; suo pendebat eburnea collo  
Dextrā parte) lyram pulsū quatit: illa serenis  
Cantibus, immensos complet dulcedine campos.  
Accurrunt celeres Fauni, genus omne Deorum  
Quos fluuij syluæq; tegunt; quin ipsa superni  
Liminis, hos adéò mirantur numina plausus  
Accessuq; dato subito sublimia linquunt  
Sydera, terrigenūm properantia visere sedes.  
Quis ZEBRZYDOWII celebret monimenta decoris  
Phæbus ait? plaususq; ferat quæ tanta secundos  
Copia? si pleno totas Aganippidos vndas  
Fonte bibam nunquam generosi pectoris ausus  
Dicere; vel digno potero depromere cantu.  
Ille vir, ille fuit, validos qui feruidus hostes  
Arma per, & rubeis vndantes anguibus hastas,  
Cæco Marte furens, patriæ fidissimus vltor, Pro

Pro patriâ ex ipsis vexillum sustulit aris,  
 Quid memorē proceres, quos Patria mille supremis  
 Affecit titulis, quorumq; à stirpe nepotes,  
 Consilijs animisq; pares, vel fronte tiaras  
 Gestauere sacras, vel auitâ laude nitentes,  
 Splendorem Lechici, dudum tenuere Senatus.  
 Fortunata Parens, ! nec enim vallata tenebris  
 Condes mæsta caput: sed auitâ laude ne potum  
 Cælestes peragrabis agros; dum montibus vmbrae  
 Ex altis venient, & Olympus sydera pascet,  
 Æternumq; suo, variabit sæcula motu.

Talia dum læto passim sermone feruntur  
 Ecce sub aspectus, nitido spectabilis ore  
 Fertur Honor. Primo veluti dum lucifer ortu  
 Auricomos vultus, & amæni plena nitoris  
 Tempora, purpureis condens clarescit in vmbbris;  
 Iam notus fulgore suo, mistoq; iubori  
 Lumine, stellatos pellit stationibus ignes.  
 Olli sidonio ditissima muryce vestis  
 Splendet, & in roseo florescunt coccina vultu,  
 Vix summo cessura loui; nam fulgida circum  
 Tempora, visuntur radij, quos fuluus iaspis  
 Ornat, & immisti sulcant adamante Pyropi.  
 Empireæ regionis opus. Mirantur in ipso  
 Aspectu, dextrasq; parant coniungere dextris  
 Numinæ, sed mentes auidæ ea cura fatigat  
 Quo Deus ille ruat? properantem deniq; tali  
 Alloquio, virtus Phæbo comitante, salutat.  
 Quo supreme ruis Diuūm? quis linquere cælos  
 Iussit? & hos passu celeri peragrare triones?  
 Ergone sydereo, sublimis regia muro  
 Displicet? & gemmis paries augustus, & ipsæ  
 Cælicolum sedes, queis donat cærula summū,  
 Forma decus, totoq; fugans tristissima cælo  
 Nubila, in auriuomis colludit læta planetis.  
 Num viridi quenquam certas post prælia lauro  
 Cingere? (nam geminum video tibi vertice sertum  
 Splendet, & obryzum per nubila disiicit aurum.)  
 Fare age, iam dudum mens anxia nosse peroptat,  
 Subsidium latura libens; ( si forte iuuamen  
 Poscit Honor, cui summa manet per inane potestas,  
 Cælestesq; chori, demisso vertice nutant.)  
 Sic virtus, roseumq; ferens super ora ruborem

Con-

Conticuit. Niueo cui mox placidissimus ore  
Talia pandit Honor. Virgo dilecta tonanti  
Quam cæli veneratur apex, cœlumq; cacumen  
Delicit, & Dominam submissâ voce salutat  
Ignitus Phlegeton: Cuius fastigia Reges  
Purpurei metuunt, & turbâ paupere mixti,  
Æternū, grandi sub maiestate laborant.  
Accipe: causa viæ quæ me de sydere lapsum  
Per tot regna Deūm, delubraq; ditia donis,  
Vsq; sub extremas, mundani liminis, oras  
Duxerit; his per te nuper celebratus in oris  
Æternū memorandus hymen; dum læta videres  
Connubio iungi stabili, propriamq; dicari  
**S T A D N I C I A M M A R I A N N A M , M I C H A E L I Z E B R Y D O W S K I**  
Atq; ea, iam proprij carum penetrare Parentis  
Linquet & in sedes sponsum comitata subibit  
Lanckorona tuas, solidis quæ celsa columnis  
Arx nitet, & summis fastigia prolijet auris.  
Vtq; itibi primâ repetens ab origine pandam  
Et rerum suprema sequar fastigia: nosti  
Et meminisse potes, (nam nec celestia laudi  
Limina clauduntur) quām **Z E B R Y D O W I A cælo**  
Stemmata clarescant, quamq; hoc à sanguine germe  
Æternos, meritæ referat pietatis, honores.  
Mitto Palatinos, quos cælo æquauit, & astris  
Vel pietas, vel prisca fides, vel nescia frangi  
Integritas, Patriæq; quies, magnusq; togatæ  
Pacis amor, contraq; feros defensa tumultus  
Rellgio. Te nulla potest obliuio mundo  
Tollere Magne Pater, dum mænia læta nitescent  
Caluariæ, primus quæ quondam splendida sumptu  
Struxisti propriò. nullo intercisa rotatu  
Æternaturum duces per secula, nomen.  
Filius huic extat, cui nec dum extrema profanæ  
Parcæ fila legunt: viuit, viuetq; per ævum,  
Arctoæ per cuncta plagæ, caniq; Bootæ  
Climata. Ei regnum Patrium coneredidit ensem  
Ensem, barbaricâ toties in cæde, calentem,  
Hostilisq; inter fluitantes sanguinis imbres,  
Immensos, magnâ cumulos virtute prementem.  
Atq; hoc Patre satus, qui nunc sublime Parentis  
Limen adit, virtute datum, quæ tollit in altum  
Lanckorona caput, solidam cui publica laudem

Fama parit, non illa quidem quæsita paratu  
 Fumulo, plausuq; petens clare scere vulgis  
 Sed studijs animosa suis, quæ nulla profano  
 Prodigia dextra creat luxu, sed plenus honesti  
 Candor, & antiqui iuuenili in pectore mores.  
 Hunc ego regales quæ surgunt limine postes  
 Deducam, cum lata nouo clangore triumphos  
 Vox canet, & longas visent cælestia pompas.  
 Numinæ; quin etiam lætis concentibus omnem  
 Complebo per aperta viam, quæcunq; subibit  
 Omnis ab Empyreis agitabitur aura Phonascis  
 Sic Honor; At diudum Virtus diducere cantus,  
 Apparat, & dulcem coponere pectine textum  
 In laudes noua nupta tuas, tuq; inelyte Patrum  
 Sanguis, ab Augustâ qui dueis origine nomen,  
 Respondesq; graui, laudatis Patribus æuo.  
 Accelerant tamen inde gradum, citiusq; propinquant  
 Qua Lanckoronæ, fertur super æthæra vextex  
 Celsaq; marmoreum mittit sub nubila culmen.  
 Non dextræ mortalis opus, spectabile visu  
 Quidquid habet natura dedit, stant ardua cælo  
 Mænia, ferrati postes, immensaq; necit  
 Claustra Chalybs, nullum tanto sudore Pyracmon  
 Aut Brontes, construxit opus, nec talibus vñquam  
 Promeruit Steropes, laudem per sæcula muris;  
 Iamq; propinquabant muris, arcemq; tenebant  
 Iam niueo sublatus equo, Capitaneus vrbi  
 Proximus adfuerat. Quantos pulcherrima motus  
 Pectore tum sensit Virtus; nunc Phæbe serenos  
 Nunc de promesales, nunc lætior ( inquit ) amænis  
 Plausibus Æra quate, & dulces depromito questus.  
 Nata Deo subito mens est euoluere honores,  
 Magnaq; , suprema meritorum præmia, laude  
 Tollere, summorum monumenta æterna, laborum.  
 Certatim in laudes itur, decora ardua gentis  
 Ipse prior memorat, quantum terraq; poloq;  
 Iam superis æquata nitet, nullisq; secunda  
 Gentibus, antiquos iungit præsentibus annos.  
 Cantantem collaudat Honor, sic ordine lento  
 Emeritos famulas virtus celebrare nitores  
 Præcipit; illæ alacres iussa in certamina currunt.

RELI.

RELIGIO  
ILLVSTRISSIMORVM  
ZEBRZYDOWIORVM  
PIETATEM ET SPLENDOREM DEPRÆDICAT.

Illis quis amantior æqui.

**O** QVÆ superni liminis arbitra  
Arces Deorum consilio regis,  
Cui splendor, & fasces supremi,  
Virgineo famulantur ore

Formosa virtus. Prorue passibus

Huc incitatis, quæ gelidus graui

Circumuлат curru Bootes,

Perq; sinū spatiatur altos

Hyems, pruinis septa niualibus.

Laudi parantur, præmia maximæ

Cum celsa ZEBRZYDOWIORVM,

Limina RELIGIO nitenti

Curru salutat. Nec propero gradu

Demit citatis vela Fauonijs,

Vltoq; cognatum decoro,

Vrget iter properare passu.

O si parumper temo iugalibus

Sistat reductis! sanguinis incliti

Narraret ausus, & paternos

Plausibus occineret labores.

Quos concitato, Thracius alueo.

Miratur amnis, quos Lybicis vagus

Neptunus enarrat sub oris

Quos fluido stupiere ponto.

Assuetà ripis Numinæ, cærulis.

Quando sacratis Entheus ignibus,

Armisq; pacatisq; claros,

Consiljjs, animos parentum,

Exponit orbi. Quæis Soboles quoq;

Nunquam Paternis, legnis honoribus

Deperdit æuum: quin auitis

Accelerat trabeis nitorem.

FOR.

# FORTITVDO

VIRTUTEM BELLICAM ILLVSTRISSIMORVM

## ZEBRZYDOWIORVM

C E L E B R A T .

His Patria tuta Quiescit.

**Q**VIS bellico murmure, cornuum  
Perstringit aures? Qui litui strepunt?  
Fulgorq; conspectus, fugaces  
Terret equos, equitumq; vultus?

Videre summos hic videor duces,  
Martis decoro, puluere sordidos,

E gente ZEBRZYDOWIORVM,  
Quos studijs animosa virtus,  
Bellis sub ipsa prouehit Æthera,  
Nomenq; pandit, quâ medius liquor  
Distinguit Europen ab Afro,

Quâ tumidus per amena Nilus  
Decurrit vndis prata tumentibus.  
Quam concitati per medias ruunt

Turmas, & audaci fugaces  
Per cuneos, gladio feruntur.

Cessisse viatos quis ZEBRZYDOWIIS  
Enarret hostes! cum fera Bythonum

Cessit potestas, & proteruo  
Turpe solum tetigere mento.

Illos Gradiuus, sanguineo puto  
Sinu recepit, vixq; patentibus  
Natos sub auris, fulminanti

Per teneros spatiatus ensे  
Artus; cruentâ blanditias manu

Libauit; illis tunc noua pectore

Fax arsis in pugnas, & enses,  
Pro Patriâ ruere incitatos.

Tunc læta tantis, ominibus parens,

Vires resumpsit, pectore viuidas,

Armisq; iam secura tantis,

Consimiles dedit ore plausus.

O Da-

O Dædalæ, lætior Icaro,  
Nostris per erra, liminibus domus,  
Syrtesq; Getulas sereno,  
Terribilis peragra volatu.

SAPIENTIA  
SENATORIAM ILLVSTRISSIMORVM  
ZEBRZYDOWIORVM  
ENARRAT PRUDENTIAM.

His Patria viuit consilijs.

NON vile nomen, nec popularia  
Leni reuoluo pectora, barbito,  
Nec ante vulgatas per artes  
Verba loquor socianda chordis;  
Agnosco quid mens, ritè, quid indoles  
Nutrita faustis, sub penetralibus  
Condita quid possit camenis,

Pro Patriâ ZEBRYDOWIORVM.  
Inuicta virtus; quâ Lechicum decus  
Ad usq; celos subuehitur Polos,  
Ceu flamma per tudas, vel Eurus  
Per sicas, equitat procellas.

Hic cerno fasces, hic bifidum decus,  
Graues Eois, imbribus infulas,

Pedum q; gemmatis nitescens,  
Ignibus; & rutilantis auri  
Pendere collo, præsuleas Cruces.  
Fumosa quas non ambitio dedit,

Sed clara virtus, & decorus  
Consilio sapiente Candor.

Recte beatos, Lechia dixeris  
Quorum, vigebit nomen, & ultimum  
Subiecta maiestas, ad ortum

Per titulos memoresq; Fastos.  
Canet. Vetustos more, Patrum Duces  
Dicens Beatos, quos trabeæ nitor

Dona-

194

Donauit astris, & Beatis  
Inseruit pia dextra turmis.

**F**inierant Diuæ cum mox Pulcherriæ Virtus  
Talibus Empyreum dictis, affatur, honorem  
Diuæ Deum, iam cernis (ait) quæ præmia tantis  
Debentur Meritis, Z E B R Y D O V I I Q; nitoris  
Quam latè vexilla patent? iam tradita nostrâ  
Accipito hæc Vexilla manu; temploq; recepta  
Fige tuo, sic fata, leues subuecta per auras,  
Empyreas petiit sedes. Vbi lata viretis  
Elysij habitat. Credas exisse sub auras  
Missile, vel sumens animos à puluere plumbum.  
Tum Verò vexilla capit, cantuq; decoro  
Talia promit honor. Templo defixa, meisq;  
Seruabo laribus; dum æquali sæcula motu  
Phæbus aget, Niueisq; iugis nocturna subibit  
Cynthia: fraternum spargens per nubila lumen.  
Hinc atavis Abauisq; pares, consurgere cernam  
Quæis virtus æquata polo, vel ducere turmas  
Concedet, Lechicosq; dabit prensare curules  
Vel bifidum gestare decus, gemmisq; nitentes  
Eò is trabeas. Quin horū à stirpe nepotes  
Qui modo perpetuo coniungunt fædere dextras  
Æternaturū ducent per secula nomen.



# ROZPRAWA BOGINI

O

ZACNOSCI HERB V

ICH MOSCIOW PANOW

## STADNICKICH

GDY  
IASNIE WIELMOZNA IEYMOSC P.

MARIANNA

ZE ZMIGRODA

## STADNICKA

NA STAROSTWO LANCKORONSKIE  
WESPOL

Z WIELMOZNEM P Mscia P.

MICHALEM

Z ZEBRZYDOWIC

## ZEBRZYDOWSKIM

OBLVBIENCEM SWOIM

Wiejsdzala.

M.

Z.



K.

S.

L.

Ze tak pretkim STADNICKICH, Rzeká pedqm plyní  
Uie džiw/ bo sie chce zostáć w dalekieu krainie/  
Inſe Kleynoty kreszámierzony maja  
Lecz Rzeki až w gleboki Ocean wpadaj

**P**rzechodząc sie / nie dawno / po roślistych brzegach /  
Obacze w swych Boginię idące / szeregach:  
Było to wten czas / kiedy Phēbusowe konie /  
Już w Oceanistich wodach / zanurzywszy skronie /  
Sliczne planety z domów własnych wywabiały /  
A prawie tu przechadzce / czas wolny dawały.  
Natakie widowisko / trochę przestrząny /  
Uciesmialem się przystopić: lecz z dalekiej strony /  
Słucham / co się dziać będzie / y iakowe mowy  
W zaiem zacznie rosprawić / ten to poczet nowy.  
Gdy sie Pallás z glebokiej nauki chwalitą /  
Gdy Juno / swą potęgię y rodzay wielbitą /  
Dyana / gdy goniwy lesne opiewała /  
W tym iednā / z wodnych Bogin / znac osobie dala  
Zdarona Thetys nazywana. Tą w wodnistych krainach  
Przy niezliczonych rotach / Neptunowej zgromadach /  
Najwieksza / od Jowisz'a władza otrzymała /  
Bonaidawni / w tam tych się właściach wychowały.  
Zwieksza chcią Boginię / w poczet ia przyjęły /  
A iednak swe rozmowy zaczęte kończyły.  
W przod słuchala / z czego się innę przechwalnia /  
A widząc że iey też czas do mowienia daig /  
Tak zaczela: Prawdąc iest sliczne Wigil kolo  
Ze was / świat wszystek może opiewać wesolo /  
Bolubio gdzieś intrzenka / wodziecznie rumienicie /  
Lubo gdzieś swe Ocean / narwaności leje /  
Gloeno brzmi sława wasza; gdy nad Boginiami  
Jedna z was berło trzyma / druga miedzy nami  
Mądrość ia meroymowna / jak berłem celuję /  
A trzecia naspół z Bratem po świecie paniuje /  
Jednak y my lubo sie w wodach wychowały /  
Zawsze z czego się chlubić / y wyność miały.  
A zaż to mala sława / tam sobie spoczywać /  
Gzie tylko Bogu wolno bespicznie przebywać /  
Małoli w Niebie ludzi: Tyndariyczkiowie  
Powiedzcie prosze / ieśli byli dwaj Bogowie:  
Perseusz / y Oryon / Ganimedes mały  
Czy Bogowie: my za sie tam nie zastaly.  
Co by Bogiem nie bylo / w wojsku Neptunowym /  
W Wojsku po morskich brzegach / zbiuć się gotowym.  
Lecz to mniejsza iescze ja / mam z tąd / wieksza sława  
Zem Polscze herby dala / Mąg mois Narw

Zacne domy/ trzy rzeki z städ sie proſe wziſły:

Iżali nie odemnie: Proſo poczcie mily  
Rzuć teraz okiem swoim/ gdzie fu Łanckoronie

Już Phæbus/ doprowadza zmordowane konie/  
Wiazd sie tam na Stároſtwo/ teraz odprawuię/

A zaž y tam nie mym ſie herbem pieczętuię/  
Zacna Oblubienica/ domu STADNICKIEGO

Wielmožna Ráſtelanka Žamku Sanočiego  
Srzeniawá/ to Herb wlaſny Neptunowej roty

Kleynot dany/ dla wielkiej do boju ochoty/  
Cnych STADNICKICH; gdy tamże od nich pogromiony

W Wlaſney krwi/ nieprzyjaciel został zatopiony/  
Uráte ſlowá Boginie/ ſlawſiey przyznaly/

U na wiazd tak hecſliwy/ predko poſpieſkaly/  
Thetys zas/ do Morskich ſis pokoiow vdala/

U to gloſno tamecznym Bogom opiewała/  
Aby fu Łanckoronie/ oczy obrócili/

A wiazd Cnych Oblubieńcow Bogom ogloſili.







